Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift



114

psumere fortitudinem dicit illis inter ubera sua commorantur. cui secura decan
tet. Et si ambulauero in medio umbre mortis non timebo mala quoniam
tu mecum es. Memini me in uno sapiencie sermonum duo sponsi ubera egra
tulationem durisse atq; compassione iuncta. Paulo docetur dicentis gau
dere cum gaudentibus flere cum flentibus. Quia si inter adusta et ipsa uersans
nouit utrobiq; periculum non deesse medium hujusmodi uberum suaue uult habe
dilectum cum aduersus utraq; continua precione munitum. nec leta extol
lant nec tristia deiciant. Tu quoq; si sapis imitaberis sponsi prudentiam.
atq; hunc mirre tam carum fasciculum de principali tui pectoris nec ad ho
ram pateris auferri amara illa omnia que prae praulit semp in memoria
retinens. et assidua meditatione reuoluens. quo possis dicere et tu. Fasciculus
mirre dilectus meus mihi. inter ubera mea commorabitur. Et ego fiis ab ineunte mea
euersione. pacenuo mirre. que mihi deesse sciebam. hic mihi fasciculum colligare
et inter ubera mea collocare curaui. collectum ex omnibus anxietatibus et ama
ritudinibus dini mei. primum uidet in familium illarum necessitatum. deinde
laborum quos praulit inpendendo. fatigationum indiscurrendo. in gruarum
inorando. temptationum in ieiunando. lacrimarum in cipatiendo. insidiarum
in colloquendo. postremo periculum in falsis fribus. contumeliis. sputis. co
laphis. subsannationum exprobrationum. clauis. horum; similium que in sa
lutem nri generis situa euangelica copiosissime noscitur praulisse. Vbi sane
inter tot odoriferum mirre huius ramusculos. minime pretermittenda pu
tauimus illa myrra qua in cruce potatus est. s; neq; illa qua uinctus
est in sepulturam. Quarum primam applicuit sibi mecum amaritudinem pec
catis. in secula futura in corruptionem mei corporis dedicauit. Memo
riam habundantie suauitatis horum eructabo quo adiuuero. In eternum non
obliuiscar miserationes istas. et in ipsis uiuificatus sum. Has olim sces
dauid cum lacrimis requirebat. ueniant mihi inquiens miserationes
tue et uiuam. has et alias quidam sancti cum gemitu memorabat dicens.
Oblitus dini multum. Quam multi reges et prophete uoluerunt uidere et non
uiderunt. Ipsi laborauerunt. et ego in labores eorum introiui. Ego
messuit myrram quam illi plantauerunt. Oscilicet hic salutaris fasciculus
seruatus est. Nemo tollet eum ame. inter ubera mea commorabitur.